



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Ex cano. apostolorum titu. 42. **E** piscopus, presbyter, aut diaconus alicui atque ebrietas deseruiens, aut desinat, aut certe damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor familia faciens, aut desinat, aut communionem priuetur, Similiter etiam laicus.

Ex eodē. cap. 43. **S** i quis episcopus, aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriofus fuerit, aut desinat, aut deponatur.

Quales conuiuia sacerdotum epulis interesse debeant.

Ex decr. Euseby p. 4. ca. 10. **O** portet episcopum moderatis epulis contentum esse suosque conuiuias ad comedendum, & potandum moderatè vrgere, qui potius semper sobrietatis praebeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittatur praesumptio. Adfint peregrini, & pauperes, & debiles, qui de sacerdotum mensa Christum benedicentes benedictionem percipiunt. Recitetur sacra lectio, subsequatur viae vocis exhortatio, ut non tantum corporali cibo, imò verbis spiritualis alimento conuiuantes se refectos gratulentur, ut in omnibus honorificetur Deus, per iesum Christum dominum nostrum.

Ex pœnitentiāli Theodo. **S** acerdos quilibet si inebrietur per ignorantiam, septem dies pœniteat, in pane & aqua: si per negligentiam, XL. dies: si per contemptum XL. dies. Diaconus vel monachus secundum ordinem, ut scriptum est, seu & reliqui clericus ministri iuxta ordinem, iudicio sacerdotis pœniteant. Laici velut vota non habentes si inebriantur, arguantur a sacerdote, quod ebriosi regnum Dei non possidebunt, & si teritus sit ebrietas, & compellat eos pœnitere. Qui contempserit ut inebrietur humanitatis gratia, accerrime corripatur, & VII. dies pœniteat: si per contemptum, XL. dies. Nullus Christianus alium Christianum plus bibet, quam naturae sufficiat. Quod si fecerit, iuxta id quod in pœnitentiāli habetur, pœniteat.

Ex dictis Fructuosi episcopi. **S** i quis Ecclesiastica praeditus ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriofus, in pane & aqua tribus pœnitentiā mensibus.